competenti ſemper ſalvo, duximus inveſtie(nd)
et de liberalitate Regia conferendum, te-
nendum et habendum ac utifruendum per
eum et hæredes ſuos prædictos abſq;
cujuslibet ſolutionis onere, à nobis,
hæredibq et ſucceſſoribus noſtris Re-
gibus Bohemiæ jure et titulo ut præ-
mittitur feudali. in cujus rei teſti-
monium et robur perpetuum præ-
ſentes fieri et ſigillo noſtro majori
juſſimus ſigillari. Datum in Aitimo
ſexta feria ante diem beati Lauren-
tÿ proxima Anno Domini Milleſimo
trecenteſimo et triceſimo ſecundo.

15.

Regis Johannis über das Jus Patronatus zu Leſchwitz. 1337.

Nos Johannes Dei gratia Bohemiæ
Rex ac Lucemburgenſis Comes Notum
facimus tenore præſentium univerſis.
quod in noſtra conſtitutus præſentia
dilectus nobis Ulmannus de Dote, Civis
Gorlicenſis non compulſus, non coactus,
nec aliqua ſeductione circumventus,
ſed libera et ſpontanea ac bona volun-